


11/11/11



L.  
27

11/11/11



27  
De furaria de N. S. de  
gracia de S. S.

Ambarij Romani S. D. N.

R

7977

e recogniti.

etiam in Sacris Ecclesiis, tam Sacerdotibus  
quam Regularibus debent recitari.



VLYSBIPONE

Cum Sacerdotibus Superioribus

Ex Officio

*La financia de...*  
~~2-3-11~~  
*...*

*...*  
*...*

# H Y M N I

*Ind. V. 92*

# S A C R I

Breuiarij Romani S.<sup>mi</sup> D. N.

# V R B A N I

# P A P Æ V I I I .

**Auctoritatè recogniti.**

*Qui ubique per omnes Ecclesias, tam Sacularium,  
quam Regularium debent recitari.*



*De Livaria*



*de N. S. da Graça  
de L. S. D.  
H. S. D.*

**V L Y S S I P O N E .**

*x 25 42*

*Cum facultate Superiorum.*

*Ex Officina* **Laurentij de Anveres.** Anno 1646.

H Y M N I

S A C R I

Breviarii Romani S<sup>m</sup> D. N.

V R B A N I

P A P A E V I I I

Auctoritate recognita

Qui obique per omnes Ecclesias tam Saecularium  
quam Regularium debent recitari.



*de N. de la Haye*  
*de la Haye*

V E Y S S I O N E

Constitutiones Superiorum

Reverendissimi Patris de Avoyes. Anno 1646.

# VRBANVS

## PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*



VM aliàs Hymni Breuiarij Romani paucis  
exceptis, qui non metro, sed soluta oratio-  
ne, aut etiam Rythmo constant, iussu nostro  
vel emendati oribus adhibitis codicibus, vel  
aliqua facta mutatione ad carminis, & latinitatis leges  
reuocati, nonnulli etiam de integro conditi, dictoque  
Breuiario, auctoritate nostra recognito, inserti fuerint,  
& vt accepimus Breuiarium prædictum cum Hymnis  
huiusmodi a maiori parte Christi fidelium, qui ad illius  
recitationem sunt adstricti, priuatim vbiuis terrarum  
recitetur; Hinc est quòd Nos, qui Hymnos prædictos  
cum notis musicis hac in Alma Vrbe nostra eleganti-  
bus typis, & exacta industria excudi iussimus, ne eorum  
publica recitatio à priuata discrepet, sed ea in re vni-  
formitas vbique prout decet, seruetur, pro pastoralis nos-  
tra sollicitudine prouidere volentes, motu proprio ac  
ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, de-  
que Apostolicæ potestatis plenitudine, quod deinceps  
perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & singulis  
Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Cathe-  
drali-

dralibus, Collegiatis, Parrochialibus, cæterisque tam  
secularibus, quàm cuiusvis Ordinis, Congregationis,  
& instituti, etiam Societatis IESV, & Hospitalis sancti  
Ioannis Hierosolymitani, aliarumque Militarum vtri-  
usque sexus regularibus, ac Archiconfraternitatum, &  
Confraternitatum quarumlibet, etiam quantumlibet  
exemptis, ac speciali nota, & indiuidua expressione dig-  
nis, Ecclesijs, Basilicis, Capellis, Oratorijs, earumque  
& eorum choris in diuinorum officiorum celebratione,  
prædicti Hymni, iussu nostro emendati, ac de integro  
conditi, & typis editi, vt perfertur, non autem amplius  
antiqui, tam in Vrbe prædicta, quàm in reliquis orbis  
Christiani partibus recitentur, ac decantentur, recita-  
rique & decantari debeant, tenore præsentium præci-  
pimus, & mandamus; volentes, vt præceptum nostrum  
huiusmodi in dicta Vrbe, & eius districtu, infra duos,  
in alijs verò locis citra montes infra octo, vltra montes  
autem infra duodecim menses respectiuè omninò exe-  
cutioni demandetur. Quocirca dilectis filijs nostro in  
eadem Vrbe Vicario in spiritualibus generali, ac loco-  
rum Ordinarijs per præsentem committimus, & manda-  
mus, vt quoad Urbem & eius districtum huiusmodi Vi-  
carius prædictus, quo verò ad reliqua loca Ordinarij  
in suæ iurisdictioni subiectis quidem, sua ordinaria, in  
exemptis autem Apostolica auctoritate, tanquàm nos-  
tri, & Sedis Apostolicæ delegati easdem præsentem, cum  
omnibus, & singulis contentis in illis solemniter publi-  
cantes



cantes, faciant ad vnguem illa inuincibiliter obseruari,  
contradictores quoslibet, & rebelles per censuras & pœ-  
nas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti re-  
media, appellatione postposita, competendo, ac legiti-  
timis desuper habent, seruatis processibus, censuras, &  
pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuoca-  
to etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcula-  
ris. Non obstantibus scilicet rec. Bonifacij PP. VIII. præ-  
decessoris nostri de vna, & Concilij generalis de dua-  
bus dietis, alijsque etiam nostris, & in vniuersalibus,  
Prouincialibusque & Synodalibus Concilijs editis ge-  
neralibus, vel specialibus constitutionibus, & ordina-  
tionibus, nec non quorumuis locorum ac Ecclesiarum,  
Basilicarum, Monasteriorum, domorum regularium,  
Ordinum, Congregationum & Institutorum regulari-  
um etiam Societatis IESV, ac Hospitalis sancti Ioannis  
Hierosolymitani, aliarumque Militiarum ac Archicon-  
fraternitatum, & Contraternitatum, & alijs quibusli-  
bet, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel  
quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudi-  
nibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostoli-  
cis prædictis, & alijs quibuslibet locis, & personis sub  
quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum  
quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque  
efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri-  
tantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac  
alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirma-

tis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si  
pro sufficienti illorū de rogatione de illis, eorumque to-  
tis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiui-  
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas  
generales idem importantes mentio, seu quæuis alia  
expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad  
hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo  
ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita  
obseruata exprimerentur, & insererentur. præsentibus  
pro plenè, & iufficienter expressis, & insertis habentes  
illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum  
effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus,  
ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem  
vt præsentium nostrarum literarum exemplaribus,  
etiam in prædictorum Hymnorum libris, ac Breuarijs,  
impressis, vel manu alicuius Notarij publici subscrip-  
tis, ac sigillo personæ alicuius in dignitate ecclesiastica  
constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, &  
extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si  
forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanc-  
tum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVII. Apri-  
lis M. DC. XXXIII. Pontificatus nostri anno vi-  
gesimo.

*M. A. Maraldus.*

**A** Nno á Natiuitate D. Noſtri IEſu  
CHRISTI 1643. indictione undeci-  
ma Pontificatus ueró Sanctiff. D. N. VR-  
BANI Diuina Prouidentia Papa VIII.  
anno eius uigeffimo, die uerò 16. menſis  
Maij ſupradicta littera Apoſtolica affixa,  
& publicata fuerunt in ualuis Baſilicarum,  
S. Ioan. Lateranen. Sanct. Petri, nec non in  
Acie Campi Flora, ac alijs locis ſolitis, &  
conſuetis Urbis per me Carolum de Nane S.  
D. N. PP. Curſ.

Ioſeph Maffeus pro D. Mag. Curſorum.

AD

# LECTOREM

**P**ost ultimam Breviarii Romani sub Sanctissimo Domino Urbano Octavo recognitionem, doctamque adhibitam hymnorum Ecclesiasticorum correctionem, ubique cum applausu receptam, reliquum erat, ut nota musica ad veteres regulas artis, & purum cantum Gregorianum reducerentur, utrisque quibusdam metris, & correcto reliquorum hymnorum textui adaptarentur. Atqui cum id etiam a viris, modulationis numerorum peritissimis, accurate factum esset, nova suborta est difficultas, quomodo castigata, & tersa exemplaria per omnes Ecclesias absque magni sumptus dispendio possent distribui. Si scribendi forent ingentes illi Odeorum codices, magno sumptu, immensoque labore constarent, nec per longissimi temporis spatium indecora illa divina laudis dissonantia tolleretur, quibusdam uno modo hymnos prius recitantibus, alijs diverso publice concinentibus. Ut itaque uno ore honorificetur Deus, & concordia voce laudetur, eo promissum est consilio, ut nitidis pulchrisque typis Romanis hymni omnes, in unum collecti volumen, cantu adiecto Ecclesiastico, ederentur, atque ex hoc prototypo multiplicata per orbem exemplaria ubique possent comparari. Opus hoc, qua potuit celeritate, & industria, tandem absolutum est. Tu, lector, suere,  
& Vale.

DOMI.

# DOMINICA

## AD MATVTINVM.

**Sequens Hymnus dicitur ab Octa. Epiph. vsque ad Dominicam primam Qua dragessimæ, & à Dominica proximiori Kal. Octobris vsque ad Adventū. Hym.**

**P**rimo die, quo Tri-  
 nitas  
 Beata Mundum cōdidit,  
 Vel quo resurgens Con-  
 ditor  
 Nos morte victa liberat.  
**P**ulsis procul torporibus  
 Surgamus omnes ocyūs:  
 Et nocte quæramus Deū,  
 Propheta sicut præcipit.  
**N**ostras preces vt audiat,  
 Suamq; dextrā porrigat  
 Et expiatis sordibus:  
 Reddat polorū sedibus.  
**V**t, quique sacratissimo

Huius diei tempore,  
 Horis quietis psallimus,  
 Denis beatis muneret.  
**I**am nunc paterna claritas  
 Te postulamus affatim,  
 Absint faces libidinis,  
 Et omnis actus noxius.  
**N**e fæda sit, vel lubrica  
 Cōpago nostri corporis,  
 Ob cuius ignes ignibus  
 Auernus urat acrius.  
**M**undi redemptor, quæsu-  
 mus,  
 Tu probra nostra dilaas:  
 Nobisq; largus cōmoda  
 Vitæ perennis conferas.  
**P**resta Pater pijssime,  
 Patrique compar Vnice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne sæ-  
 culum. Amen.

Sequens Hymnus dicitur  
ab Octava Pentecost. vsq;  
ad Dominicam proximio-  
rem Kalend. Octobris.

dicitur Hymnus, P rimo  
die; ad Laudes dicitur se-  
quens Hymnus.

**N** Octe surgentes vi-  
gilemus omnes,  
Semper in Psalmis medi-  
temur, atque  
Voce concordi Domino  
canamus  
Dulciter Hymnos.

**V**t pio Regi pariter canē-  
tes,  
Cum suis Sanctis merea-  
mur Aulam  
Ingredi Cæli, simul & pe-  
rennem  
Ducere vitam.

**P**ræstet hoc nobis Deitas  
beata  
Patris, ac Nati, pariterque  
Sancti  
Spiritus, cuius resonat per  
omnem  
Gloria mundū. Amen.

**Quando ad Nocturnum**

**Æ**Terne rerū conditor,  
Noctē diēq; qui regis  
Et temporū das tempora,  
Vt alleues fastidium.

**N**octurna lux vianibus  
A nocte noctē segregans,  
Præco diei iam sonat  
Iubarque Solis evocat.

**H**oc excitatus Lucifer  
Solvit polum caligine,  
Hoc ōnis Errorū cohors  
Viam nocendi deserit.

**H**oc nauta vires colligit,  
Pontiq; mitescunt freta:  
Hoc, ipsa petra Ecclesiæ,  
Canente, culpam diluit.

**S**urgamus ergo strenue,  
Gallus iacentes excitat,  
Et somnolētos increpat,  
Gallus negantes arguit.

**G**allo canente spes redit,  
Ægris salus refunditur,  
Mucro latronis cōditur,

Lap-

Lapsis fides reuertitur.

**I**ESV labantes respice,  
Et nos videndo corrige:  
Si respicis, labes cadunt,  
Fletuque culpa soluitur.

**T**u lux refulge sensibus,  
Mentisq; somnū discute:  
Te nostra vox primum  
sonet,  
Et vota soluamus tibi.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nūc, & per omne sæculū.  
Amen.

**Q**uando ad Nocturnum  
dicitur Hymnus, Nocte  
surgentes ad Laudes dicitur  
sequens Hymn.

**E**cce iam noctis tenatur umbra,  
Lux & Auroræ rutilans coruscet:

Supplices rerum Dominū  
canora  
Voce precemur.

**V**t reus culpæ miseratus,  
omnem  
Pellat angorem, tribuat  
salutem, (ternæ  
Donet & nobis bona sēpi-  
Munera pacis.

**P**ræstet hoc nobis Deitas  
beata  
Patris, ac Nati, pariterque  
Sancti  
Spiritus, cuius resonat per  
omnem  
Gloria Mundum. Amē.

## DOMINICA AD primam.

**I**am lucis orto fidere  
Deum precemur sup-  
plices,  
Vt in diurnis actibus  
Nos seruet à nocētibus.

## In ferialibus diebus, ad Primam.

**I**am lucis orto fidere  
Deum precemur sup-  
plices,

Ut in diurnis actibus  
Nos seruet à nocētibus.

**I**nguā refrenans tēperet,  
Ne litis horror insonet:  
Visum fouendo contegat  
Ne vanitates hauriat.

**S**int pura cordis intima,  
Absistat & vecordia:  
Carnis terat superbiam  
Potus, cibique parcitas.

**V**t cūm dies abscesserit,  
Noctemq; fors reduxerit  
Mundi per abstinentiam  
Ipsi canamus gloriam.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæcu-  
lum. Amen.

*Ad Tertiam. Hymn.*

**N**unc sancte nobis  
Spiritus  
Vnum Patri cum Filio,  
Dignare prōptus ingeri  
Nostro refusus pectori.

**O**s, lingua, mens, sensus,  
vigor,

Confessionem personēt,  
Flammescat igne caritas,  
Accēdat ardor proximos.

**P**ræsta, Pater pijsissime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

*Ad Sextam. Hymnus.*

**R**ector potens, verax  
Deus,

Qui temperas rerū vices,  
Splēdore manē illuminas  
Et ignibus meridiem.

**E**xtingue flammās litium,  
Aufer calorem noxium,  
Confer salutem corporū,  
Veramq; pacem cordiū.

**P**ræsta, Pater pijsissime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæ-  
culum. Amen.



**Ad Nonam Hymnus.**

**R**erum, Deus, tenax  
vigor,  
Immotus in te permanēs,  
Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinans  
**L**argire lumen vespere,  
Quo vita nusquā decidat,  
Sed præmiū mortis sacræ  
Perennis instet gloria.  
**P**ræsta, Pater pijsissime,  
Patriq; compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Feria Secunda ad Matutinum. Hymnus.**

**S**omno refectis artu-  
bus,  
Spreto cubili surgimus:  
Nobis, Pater, canētibus  
Adesse te deposcimus.  
**T**e lingua primū cōcinat,  
Te mentis ardor ambiat:

**U**t actuum sequeremur  
Tu, sanctæ, sis exordium.  
**C**edant tenebræ luminī,  
Et nox diurno fideris  
**U**t culpa, quā nox intulit,  
Lucis labascat munere.  
**P**ræcamur ijdem suppli-  
ces,  
Noxas vt ōnes amputes,  
Et ore te canentium  
Lauderis omni tempore.  
**P**ræsta, Pater pijsissime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**S**plendor paternæ glo-  
ria,  
De luce lucem proferēs,  
Lux lucis, & fōs luminis,  
Diem dies illuminans,  
**V**erusque sol illabere,  
Micans nitore perpeti:  
Iubarque sancti Spiritus  
Infunde nostris sensibus.  
**V**otis vocemus & Patrem,

Patrem potentis gratiæ,  
 Patrem perennis gloriæ,  
 Culpam releget lubricā.  
**C**ōfirmet actus strenuos;  
 Dentes retundat inuidi:  
 Casus secundet asperos:  
 Agenda rectè dirigat.  
**M**entē gubernet, & regat:  
 Sit pura nobis castitas:  
 Fides calore ferueat:  
 Fraudis venena nesciat:  
**C**hristusque nobis cibus,  
 Potusque noster sit fides:  
 Læti bibamus sobriam  
 Profusionem Spiritus.  
**L**ætus dies hic transeat:  
 Pudor sit vt dilaculum:  
 Fides velut meridies:  
 Crepusculū mēs nesciat.  
**A**urora lucem provehit:  
 Cū luce nobis prodeat,  
 In Patre totus Filius,  
 Et totus in Verbo Pater.  
**D**eo Patri sit gloria,  
 Eiusque soli Filio,  
 Cum Spiritu Paraclito,  
 Nūc, & per omne sæculū  
 Amen.

*Feria Tertiā ad Matutinā.*  
*Hymnus.*

**C**onsors paterni lumi  
 Lux ipse lucis & dies,  
 Noctē canēdo rūpimus:  
 Assiste postulantibus.  
**A**ufer tenebras mentium:  
 Fuga cateruas dæmonū:  
 Expelle somnolentiam,  
 Ne pigr itantes obruat.  
**S**ic Christe nobis ōnibus,  
 Indulgeas credentibus,  
 Vt profit exorantibus,  
 Quod præcinentes psal-  
 limus.  
**P**ræsta, Pater pijsissime,  
 Patrique compar Vnice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnās per omne sæculū.  
 Amen.

*Ad Laudes. Hymnus.*

**A**les diei Nuncius,  
 Lucem propinquā  
 præcinit:  
 Nos

Nos excitator mentium  
Iam Christus ad vitam vocat.

**A**uferte, clamat, lectulos,

Aegro sopore defides:

Castique, reeti, ac sobrij

Vigilate: iam sum proximus.

**I**ESVM ciamus vocibus,

Flentes, pecantes, sobrij:

Intenta supplicatio (tat.

Dormire cor mundum ve-

**T**u Christe somnum discute

Tu rumpe noctis vincula:

Tu solve peccatum vetus,

Novumque lumen ingerere.

**D**eo Patri sit gloria,

Eiusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito

Nunc, & per omne saeculum. Amen.

**Feria Quarta, Ad Matutinum, Hymnus.**

**Antiphona.**

**R**erum Creator optime

Rektorque noster,

aspice:

Nos a quiete noxia

Mersos sopore libera

**T**e sancte Christe, poscimus:

Ignosce culpis omnibus:

Ad confitendum surgimus,

Morasque noctis rumpimus.

**M**entes, manusque tollimus,

Propheta sicut nobis

Nobis gerendum precipit,

Paulusque gestis censuit.

**V**ides malum, quod fecimus:

Occulta nostra pœdimus:

Preces gementes fœdimus:

Dimitte, quod peccavimus.

**P**resta, Pater piissime,

Patrique compar Vnice,

Cum Spiritu Paraclito

Regnas per omne saeculum. Amen.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**N**ox, & tenebrae, &

nubila,

Cœfusa mundi, & turbida:

Lux intrat, alborque polus  
Christus venit: discedite.

**C**aligo terræ scinditur  
Percussa solis spiculo,  
Rebusq; iam color redit,  
Vultu nitentis sideris.

**T**e, Christe, solùm novi-  
mus:

(plici,  
Te mente pura, & sim-  
plendo, & canendo, quæ-  
sumus,

Intende nostris sensibus.

**S**unt multa fucis illita,

Quæ luce purgètur tua:  
Tu vera lux caelestium  
Vultu sereno illumina.

**D**eo Patri sit gloria,

Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Feria Quinta, Ad Matu-  
tinam. Hymnus.**

**N**ox atra rerum con-  
tegit

Terræ colores omnium?  
Nos confitètes poscimus  
Te, iuste index cordium.

**V**t auferas piacula,  
Sordesque mentis abluas;  
Doneq; Christe, gratiã;  
Vt arceantur crimina.

**M**ens ecce torpet impia,  
Quã culpa mordet noxia  
Obscura gestit tollere,  
Et te, Redèptor, quærere.

**R**epelle tu caliginem  
Intrinsicus quã maximè;  
Vt in beato gaudeat  
Se collocari lumine.

**P**ræsta, Pater pijsime,  
Patriq; compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Ad Laudes. Hymnus**

**L**ux ecce surgit aurea:  
Pallens faceffat cæci-  
tas:

Quæ nosmet in præceps  
diu

**Erro-**

Errore traxit deuios.

**H**æc lux serenum cōferat  
Purosq; nos præstet sibi:

Nihil loquamur subdolum:  
Voluamus ob scurū nihil

**S**ic rota decurrat dies,  
Ne lingua mendax, ne

manus, ne oculus  
Oculiue peccent lubrici,

Ne noxa corpus inquinet.  
**S**peculator adstet desuper,

Qui nos diebus omnibus  
Actusq; nostros prospicit

A luce prima in vesperū.  
**D**eo Patri sit gloria,

Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito

Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Feria Sexta, Ad Matutinū**  
**Hymnus.**

**T**riunitatis vnitas,  
Orbē potenter quæ

regis,  
Attende laudis canticū,

Quod excubantes psal-

limus.

**N**am lectulo cōsurgimus  
Noctis quieto tempore,

Vt flagitemus omnium  
A te medelam vulnerū.

**Q**uo fraude quidquid dæ-  
monum

In noctibus deliquimus;  
Abstergat illud cælitus

Tuæ potestas gloria.  
**N**e corpus adstet sordidū,

Nec torpor instet cordiū  
Ne criminis contagio

Tepescat ardor spiritus.  
**O**b hoc Redemptor, quæ-

sumus,  
Reple tuo nos lumine,

Per quod dierū circulis,  
Nullis ruamus actibus.

**P**ræsta, Pater pijsime,  
Patrique compar Vnice,

Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-

lum. Amen.  
**Ad Laudes. Hymnus.**

**Æ**Terna Cæli gloria,  
Beata spes mortaliū  
B Sum,

**S**ummi Tonantis Vnice,  
Castæq; proles Virginis.

**D**a dexteram surgentibus,  
Exurgat & mens sobria,  
Flagrans & in laudem Dei  
Grates rependat debitas.

**O**rtus refulget Lucifer,  
Præitque Solem nūcius,  
Cadunt tenebræ noctiū:  
Lux sãcta nos illuminet:

**M**anensque nostris sen-  
sibus,  
Noctem repellat sæculi,  
Omni que sine temporis  
Purgata seruet pectora.

**Q**uæ sita iã primùm fides  
In corde radices agat;  
Secūda Spes congaudeat,  
Qua maior extat Caritas

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Sabbato Ad Matutinum.**  
**Hymnus.**

**S**ummæ Parens cle-  
menia;

Mūdi regis qui machinã.  
Vnius & substantiæ,  
Trinusq; personis Deus.

**N**ostros pius cum canticis  
Fletus benignè suscipe;  
Vt corde puro sordium  
Te perfruamur largiūs.

**L**umbos, iecurque morbi-  
dum  
Flammis adure congruis;  
Accincti vt artus excu-  
bent

Luxu remoto pessimo  
**Q**uicūq; vt horas noctiū  
Nunc concinendo rum-  
pimus,

Ditemur omnes affatim  
Donis beatæ patriæ.

**P**ræsta, Pater pijsime,  
Patrique compar Vnice;  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæ-  
culum. Amen.

**Ad Laudes Hymn.**

**A**uro

**A**urora iam spargit  
polum:

Tertius dies illabitur:  
Lucis resultat spiculum:  
Discédat omne lubricū.

**P**hantasma noctis exulet.  
Mentis reatus corruat:  
Quidquid tenebris hor-  
ridum

Nox attulit culpæ cadat.

**V**t manè, quod nos vltimū  
Hic deprecamur cernui;  
Cū luce nobis effluat,  
Hoc dum canore con-  
crepat.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Dominica, Ad Vesperas.  
Hymnus.**

**L**ucis Creator optime,  
Lucem dierum pro-  
ferens,

Primæ lucis novæ,  
Mundi parans originem.

**Q**ui manè iunctū Vesperis  
Diem vocari præcipis:  
Illabitur tetrum chaos,

**N**e mēs gravata crimine,  
vitæ sit exul munere,  
Dū nil perenne cogitat,  
Seseque culpis illigat.

**C**æleste pulset ostium:  
Vitale tollat præmium:  
Vitemus omne noxium:  
Purgemus omne pessimū

**P**ræsta, Pater pijsissime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum: Amen.

**Feria Secunda, Ad Vesperas, Hymnus.**

**I**mmense Cæli Cōditor,  
Qui mixta ne confun-  
derent,  
Aquæ fluenta diuidens,

Cælum dedisti: **Q**uoniam  
**F**irmans locū cælestibus;  
 Simulque terræ rivulis:  
 Ut vnda flūmas tēperet,  
 Terræ solum ne dissipēt.  
**I**nfunde nunc, pijsime,  
 Donum perennis gratiæ:  
 Fraudis novæ ne casibus  
 Nos error atterat vetus.  
**L**ucem Fides adaugeat:  
 Sic luminis iubar ferat:  
 Hæc vana cūcta proterat.  
 Hæc falsa nulla comprī-  
 mant.  
**P**ræsta, Pater pijsime,  
 Patrique compar Vnice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne sæ-  
 culum, Amen.

**Tertia Feria, Ad Vesperas. Hymnus.**

**T**elluris alme Con-  
 ditor,  
 Mundi solūm qui separās  
 Pulsis aquæ molestijs,

Terram dedisti immo-  
 bilem.

**V**t germen aptum profe-  
 rens,  
 Fulvis decora floribus,  
 Fœcunda fructu sisteret,  
 Pastumque gratum red-  
 deret.

**M**entis perustæ vulnera  
 Munda virore gratiæ;  
 Ut facta fletu diluat,  
 Motusque prauos atterat.  
**I**ussis tuis obtemperet.

**N**ullis malis approxi-  
 met:

Bonis repleti gaudéat,  
 Et mortis ictum nesciat.

**P**ræsta, Pater pijsime,  
 Patrique compar Vnice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne sæ-  
 culum Amen.

**Feria Quarta, Ad Vesperas. Hymnus.**

**C**æli Deus sanctissimæ,  
 Qui lucidas mundi  
 plagas Can-



Candore pingis igneo,  
Augens decoro lumine.

**Q**uarto die qui flammeā  
Dum Solis accendis rotā,  
Lunæ ministras ordinē,  
Vagosque curfus siderū.

**V**t noctibus, vel lumini  
Diremptionis terminū,  
Primordijs & mensium  
Signum dares notissimū.

**E**xpelle noctem cordium,  
Absterge sordes mentiū,  
Resolue culpæ vinculū,  
Euerte moles criminum.

**P**ræsta, Pater pijsime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæ-  
culum. Amen.

**Feria Quinta, Ad Vesperas. Hymnus.**

**M**agnæ Deus potentia,

Qui fertili natos aqua  
Partim relinquis gurgiti.

Partim ~~in~~ in aera.

**D**emerſa lymphæ impri-  
mens,

Subuecta Cælis erigens:  
Vt stirpe ab una prodita  
Diuerſa repleant loca.

**L**argire cunctis ſeruulis,  
Quos mundat vnda ſan-  
guinis;  
Nefcire lapſus criminū,  
Nec ferre mortis tædium

**V**t culpa nullū deprimat:  
Nullum efferat iactantia:  
Elifa mens ne concidat:  
Elata mens ne corruat.

**P**ræſta, Pater pijsime,  
Patrique compar Vnice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne ſæ-  
culum. Amen.

**Feria Sexta, Ad Vesperas Hymnus.**

**H**ominis ſuperne Cō-  
ditor,

Qui cuncta iocundè ordinās,  
 Humilibus producere  
 Reptantis & feræ genus.

**E**t magna rerum corpora,  
 Dictu iubentis viuida,  
 Per temporū certas vices  
 Obtemperare feruulis.

**R**epelle, quod cupidinis,  
 Ciente vi, nos impetit,  
 Aut moribus se suggerit,  
 Aut actibus se interfert.

**D**a gaudiorum præmia,  
 Da gratiarum munera:  
 Dissolue litis vincula,  
 Adstringe pacis fœdera.

**P**ræsta, Pater pijsissime,  
 Patrique compar Vnicè,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne sæcu-  
 lum. Amen.

**Sabbato, Ad Vesperas.**

**Hymnus**

**I**am sol recedit igneus:  
**T**u lux perennis Vnitas,  
 Nostris, beata Trinitas,

Infunde lumen cordibus.  
**T**e manè laudū carmine,  
 Te deprecamur vesperè,  
 Digneris, vt te supplicēs  
 Laudemus inter Coelites.

**P**atri, simulque Filio,  
 Tibique, sancte Spiritus,  
 Sicut fuit, sit iugiter  
 Sæclum per omne glo-  
 ria. Amen.

**Ad Completorium.**

**Hymnus.**

**T**e lucis æte terminū,  
 Rerū Creator, pos-  
 cimus:  
 Vt pro tua clementia  
 Sis præsul, & custodia.

**P**rocul recedant somnia,  
 Et noctiū phantasmata;  
 Hostemque nostrum cō-  
 prime,  
 Ne polluantur corpora.

**P**ræsta, Pater pijsissime,  
 Patrique compar Vnicè,  
 Cum Spiritu Paraclito

Reg-

Regnans per omne saeculum. Amen.

**Sabbato ante Dominicam primam Adventus ad Vesperas. Hymnus.**

**C**reator, alme fideri,  
Aeterna lux credenti,  
IESU Redemptor omniū,  
Intende votis supplicū.

**Q**ui Dæmonis ne fraudibus  
Periret orbis, impetu

Amoris actus, languidi  
Mundi medela factus es.

**C**omune qui mundi nefas  
Ut expires, ad Crucem  
E Virginis Sacratio  
Intacta prodis victima.

**C**uius potestas gloriae,  
Nomenque cum primū

sonat, & inferi  
Et Caelites, & inferi

Tremēte curiatur genu,

**T**e deprecamur ultimæ  
Magnum diei iudicem:

Armis supernæ gratiæ  
Defēde nos ab hostibus.

**V**irtus, honor, laus, gloria  
Deo Patri, cum Filio,  
Sancto simul Paraclito:  
In saeculorum saecula. Amen.

**DOMINICA PRIMA  
Adventus. I. B. A.**

**Ad Matutinam. Hymnus.**

**V**erbum supernū pro  
diens

E Patris æterni sinu

Qui natus orbi subvenis,  
Labente cursu temporis.

**I**llumina nunc pectora,  
Tuoq; amore concrema;

Ut cor caduca deferens  
Cæli voluptas impleat.

**V**t, cum tribunal iudicis  
Damnabit igni noxios,

Et vox amica debitum  
Vocabit ad Cælum pios,

**N**on esca flamarū nigros

B 4 Volua-

16  
Vellamur inter turbines,  
Vultu Dei sed compotes  
Cæli fruamur gaudijs. **V**  
**P**atri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter  
Seclum per omne gloria.  
Amen.

**Ad Laudes Hymnus.**

**E**N clara vox redar-  
guit  
Obscura quæque perso-  
nans:  
Procul fugentur somnia:  
Ab alto IESV Spromicat.  
**M**ens iã resurgat torpida,  
Nō amplius iacēs humi:  
Sidus refulget iam nouū,  
Vt tollat omne noxium.  
**I**n Agnus ad nos mittitur;  
Laxare gratis debitum:  
Omnes simul cum lacry-  
mis  
Precemur indulgentiã,  
**U**t, cum secundo fulserit,

Metuq; Mundū cinxerit,  
Non pro reatu puniat,  
Sed nos pius tunc prote-  
gat.  
**V**irtus, honor, laus, gloria  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paraclito,  
In sæculorum sæcula. A-  
men.

**IN NATIVITATE  
Domini, Ad Vesperas, &  
ad Matutinum. Hymnus.**

**I**ESV Redemptor om-  
nium,  
Quē lucis ante originē  
Parem Paternæ gloriæ  
Pater supremus edidit.  
**T**u lumen, & splendor Pa-  
tris,  
Tu spes perennis omniū,  
Intende, quas fundunt  
preces  
Tui per orbem seruuli.  
**M**emento, rerū Conditor,  
Nostri quod olim corpo-  
ris,

Sa-

Sacrata ab aluo Virginis  
Nascendo formā sump-  
seris.

**T**estatur hoc præsens dies  
Currens per anni circulū,  
Quòd solus è sinu Patris  
Mundi salus adueneris.

**H**unc astra, tellus, æquora,  
Hunc omne, quod cælo  
subest,  
Salutis Authorem nouæ  
Nouo salutat cantico.

**E**t nos, beata quos sacri  
Rigauit vnda sanguinis;  
Natalis ob diem tui  
Hymni tributū soluimus.

**I**ESV, tibi fit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre & almo Spi-  
ritu,  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**A** Solis ortus cardine  
Ad vsq; terræ limitē

Christum canamus Prin-  
cipem,

Natum Maria Virgine.

**B**eatus Auctor sæculi,  
Sernile corpus induit.

**V**t carne carnem liberās,  
Ne perderet, quos con-  
didit.

**C**astæ parentis viscera  
Cælestis intrat gratia:

**V**enter Puellæ baiulat  
Secreta, quæ non nouerat.

**D**omus pudici pectoris  
Templum repètè fit Dei:

**I**ntacta nesciens virum,  
Concepit Aluo Filium.

**E**nititur puerpera, (rat,  
Quem Gabriel prædixe-

**Q**uem ventre Matris gef-  
tiens,

**B**aptista clausū senserat.

**F**œno iacere pertulit:  
Præsepe non abhorruit:

**E**t lacte modico fastus  
est,

**P**er quem nec ales esurit.  
**G**andet chorus cælestiū,

Et Angeli canunt Deo:  
Palamque fit Pastoribus  
Pastor, Creator omnium,

**I**ESV, tibi fit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spi-  
ritu,  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**In festo SS. Innocentiũ.  
Hymnus.**

**A**Vdit Tyrannus an-  
xius  
Adeffe regum Principẽ,  
Qui nomen Israel regat,  
Teneatq; David Regiã.

**E**xclamat amens nuncio:  
Successor instat, pellimur:  
Satelles i, ferrum rape:  
Perfũde cunas sanguine.

**Q**uid proficit rãtũ nefas?  
Quid crimen Herodem  
iuuat?

Vnus tot inter funera  
Impunẽ Christus tollitur,

**I**ESV, tibi fit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cũ Patre & almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula.  
Amen.

**Ad Laudes Hymnus.**

**S**aluete flores martyrũ  
Quos lucis ipso in li-  
mine

Christi insecutor sustulit,  
Ceum turbo nascẽtes rosas.

**V**os prima Christi victi-  
ma,

Grege immolatorũ tener,  
Arã sub ipsam simplices  
Palma & coronis luditis.

**I**ESV, tibi fit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spi-  
ritu.

In sempiterna sæcula. A-  
men.

**IN EPIPHANIA DO-  
mini. Ad Vesperas, & Ma-  
tutinum. Hymnus.**

**C** Rudelis Herodes,  
Deum

Regē venire quid times?

Non eripit mortalia,

Qui regna dat cælestia.

**I**bant Magi, quā viderāt,

Stellam sequētes præuiā,

Lumē requirunt lumine,

Deum fatentur munere.

**L**auacra puri gurgitis

Cælestis Agnus attigit:

Peccata, quæ nō detulit,

Nos abluendo sustulit.

**N**ouum genus potentia:

Aquæ rubescunt hydriæ:

Vinumq; iussa fundere,

Mutauit vnda originem.

**I**ESV, tibi fit gloria,

Qui apparuisti Gētibus,

Cum Patre, & almo Spi-

ritu, men.

In sempiterna sæcula. A-

**Ad Laudes Hymnus:**

**O** Sola magnarū Vr-

bium

Maiores Bethlē cui non-  
tigit.

Ducem salutis cælitus

Incorporatum gignere.

**Q**uem Stella, quæ Solis

rotam

Vincit decore, ac lumine

Venisse terris nunciat

Cū carne terrestri Deum.

**V**idēre postquā illū Magi,

Eoa promunt munera:

Stratique votis offerunt

Thus, myrrham, & aurū

regium.

**R**egem, Deumque annū-

ciant

Thesaurus, & fragrans

odor

Thuris Sabæi, ac myr-

rheus

Puluis sepulchrum præ-

docet.

**I**ESV, tibi fit gloria,

Qui apparuisti Gētibus,

Cum Patre, & almo Spi-

ritu; men.

In sempiterna sæcula. A-

Sabato primo in Qua-  
dragesima. Ad Vesperas.

Hymnus,

**A** Vdi benigne Con-  
ditor,

Nostras preces cū fletibus

In hoc sacro ieiunio

Fusas quadragenario.

**S**crutator alme cordium,

Infirma tu scis virium:

Ad te reuersis exhibe

Remissionis gratiam.

**M**ultum quidem pecca-  
uimus,

Sed parce confitentibus:

Ad nominis laudem tui

Confer medelam langui-

dis.

**C**oncede nostrum conteri

Corpus per abstinentiā,

Culpæ vt relinquat pabu-  
lum.

Ieiuna corda criminum.

**P**ræsta beata Trinitas,

Concede simplex Vnitas

Vt fructuosa sint tuis

Ieiuniorū munera. Amē.

Ad Nocturnum Hymnus.

**E**X more docti myf-  
tico,

Seruemus hoc ieiunium

Deno dierum circulo

Ducto quater notissimo.

**L**ex, & Prophetæ primitus

Hoc prætulerunt, post-

modum

Christus sacrauit, omniū

Rex, atq; factor temporū

**V**tamur ergo parcius

Verbis, cibus, & potibus,

Somno, iocis, & arctiūs

Perstemus in custodia.

**V**itemus autem noxia,

Quæ subruunt mentes  
vagas,

Nullumq; demus callidi

Hostis locum tyrannidi.

**F**lectamus iram vindicē,

Ploremus ante Iudicem,

Clamemus ore supplici,

Dicamus omnes cernui:

Nos-



**N**ostris malis offendimus  
Tuam Deus, clementi-  
am:

Effunde nobis desuper  
Remissor indulgentiam.

**M**emēto, quòd sumus tui,  
Licēt caduci plasmatis:

Ne des honorem nomi-  
nis

Tui, precamur, alteri.

**L**axa malum, quod feci-  
mus:

Auge bonum, quod pos-  
cimus,

Placere quò tandem tibi  
Possimus hīc, & perpetim

**P**raesta beata Trinitas,  
Concede simplex Vnitas;

Vt fructuosa sint tuis  
Ieiuniorum munera. A-  
men.

### **Ad Laudes. Hymnus.**

**O** Sol salutis, intimis,  
IESV, refulge men-  
tibus,

Dum nocte pulsa gratior  
Orbi dies renascitur.

**D**ans tempus acceptabile;

Da lacrymarum riuulis  
Lauare cordis victimam,

Quam læta adurat Ca-  
ritas.

**Q**uo fonte manauit ne-  
fas,

Fluent perennes lacry-  
mæ,

Si virga Pœnitentiæ,  
Cordis rigorem cōterat.

**D**ies venit, dies tua,  
In qua reflorent omnia:

Lætetur & nos in viam  
Tua reducti dextera.

**T**e prona mundi ma-  
china

Clemens adoret Trinitas  
Et nos noui per gratiam

Nouum canamus canti-  
cum. Amen.

**Sabbato ante Dominicam  
Passionis. Ad Vesperas,**

**Hymnus.**

23  
**V** Exilla Regis prode-  
ant:

Fulget Crucis mysteriū,  
Qua vita mortem per-  
tulit,

Et morte vitam protulit.

**Q**uæ vulnerata lanceæ  
Mucrone diro, criminū:

Vt nos lauaret sordibus,  
Manauit vnda, & sanguine.

**I**mpleta sūt, quæ concinit  
Dauid fidei carmine,

Dicendo nationibus:  
Regnavit à ligno Deus.

**A**rbor decora, & fulgida,  
Ornata Regis purpura,

Electa digno stipite  
Tam facta mēbra tāgere.

**B**eata, cuius brachijs  
Pretium pependit sæculi,

Statera facta corporis,  
Tulitque prædā Tartari.

**O** crux, aue spes vnica,  
Hoc Passionis tempore

Pijs adauge gratiam,  
Reisque dele crimina:

**T**e, fons salutis Trinitas,

Collaud et omnis spiritus:

Quibus Crucis victoriā  
Largiris, adde premium.

Amen,

**Ad Nocturnum Hymn.**

**P** Ange lingua gloriosi  
Laureā certaminis,

Et super Crucis trophæo  
Dic triumphum nobilē:

Qualiter Redemptor  
Orbis

Immolatus vicerit.

**D**e Parentis protoplasti  
Fraude Factor condolēs,

Quando pomi noxialis  
In necem morsu ruit:

Ipsè lignum tūc notauit,  
Damna ligni vt solueret.

**H**oc opus nostræ salutis  
Ordo depoposcerat:

Multiformis proditoris  
Ars vt artem falleret,

Et medelam ferret inde,  
Hostis vnde læsarat.

**Q**uando venit ergo sacri  
Fle-

Flenitudo temporis,  
Missus est ab arce Patris  
Natus orbis Conditor;  
Atque ventre Virginali  
Carne amictus prodijt:  
**V** agit infans inter arēta  
Conditus præsepia:  
Membra pannis inuoluta  
Virgo Mater alligat:  
Et Dei manus, pedesque  
Stricta cingit fascia.  
**S** empiterna sit beata  
Trinitati gloria,  
Æqua Patri, Filioque,  
Par decus Paraclito;  
Vnius, Trinique Nomē  
Laudet Vniuersitas. A-  
men.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**L** Vstra sex qui iā per-  
egit,  
Tēpus implens corporis;  
Sponte libera Redēptor  
Passionis deditus,  
Agnus in Crucis leuatur

Immolandus stipite  
**F** elle potus ecce languet,  
Spina, clauis, lancea  
Mite corpus perforarūt,  
Vnda manat, & cruor:  
Terra, pontus, astra, nū-  
dus  
Quo lauantur flumine.  
**C** rux fidelis, inter omnes  
Arbor vna nobilis:  
Sylua talē nulla profert  
Fronde, flore, germine:  
Dulce ferrum, dulce lig-  
num,  
Dulce pondus sustinent.  
**F** lecte ramos arbor alta,  
Tensa laxa viscera,  
Et rigor lentescat ille,  
Quem dedit, natiuitas,  
Et superni mēbra Regis  
Tende mihi stipite.  
**S** ola digna tu fuisti  
Ferre mundi victimam;  
Atque portū præparare  
Arca mundo naufrago,  
Quā facer cruor perūxit,  
Fusus Agni corpore.

**S**empiterna sit beatae  
Trinitati gloria,  
Aequa Patri, Filioque:  
Par decus Paraclito:  
Vnius, Triniq; Nomen  
Laudet Vniuersitas. A-  
men.

**SABBATO IN ALBIS,**  
**Ad Vesperas. Hymnus.**

**A**D regias Agni dapes  
Stolis amicti candi-  
dis,  
Post transitum Maris ru-  
bri, (cipi.  
Christo canamus Prin-  
**D**iuina cuius caritas  
Sacrum propinat sangui-  
nem,  
Almiq; membra corporis  
Amor Sacerdos immolat.  
**S**parsum cruore postibus  
Vastator horret Angelus,  
Fugitque diuisum mare:  
Merguntur Hostes fluc-  
tibus.

**I**am Pascha nostrum Chris-  
tus est,  
Paschalis idem Victimam,  
Et pura puris mentibus  
Sinceritatis Azima.

**O**vera caeli Victimam,  
Subiecta cui sunt Tartara,  
Soluta mortis vincula,  
Recepta vitae praemia.

**V**ictor subactis inferis  
Trophaea Christus ex-  
plicat,  
Coeloq; aperto, subditum  
Regem tenebrarum trahit.

**V**t sis perenne mentibus  
Paschale IESV gaudium,  
A morte dira criminum  
Vitae renatos libera.

**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio; qui a mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In sempiterna saecula, A-  
men.

**DOMINICA IN**  
**Albis.**  
**Ad Matutinum. Hymnus.**

**R**ex

**R**ex sempiternæ cæli  
Rerum creator omnium,  
Æqualis antæ sæcula  
Semper Parenti Filius.

**N**ascente qui mūdo Faber  
Imaginem vultus tui  
Tradens Adamo, nobile  
Limo iugasti spiritum.

**C**um liori, & fraus Dæmo  
nis  
Fœdasset humanum ge-  
tu carne amictus, per-  
ditam

Formā reformas Artifex.  
**Q**ui natus olim è Virgine  
Nunc è sepulchro nas-  
ceris,

Tecumq; nos à mortuis  
Iubes sepultos surgere.

**Q**ui pastor æternus gre-  
gem  
Aqua lauas Baptismatis:  
Hæc est lauacrum men-  
tium:  
Hæc est sepulchrum cri-  
minum.

**N**obis diu qui debi-  
Redemptor afixus Cruci  
Nostræ dedisti prodigus  
Pretium salutis sanguinē.

**V**t sis, perenne mentibus:  
*ut sup.*  
**Ad Laudes, Hymnus.**

**A**urora cælum pur-  
purat,  
Ether resultat laudibus,  
Mundus triumphans iu-  
bilat,  
Horrens Auernus infre-  
mit.

**R**ex ille dum fortissimus  
De mortis inferno specu  
Patrum Senatū liberū  
Educit ad vitæ iubar,

**C**uius sepulchrū plurimo  
Custode signabat lapis,  
Victor triumphat, & suo  
Mortē sepulchro funerat.

**S**at funeri, sat lacrymis,  
Sat est datum doloribus:  
Surrexit extinctor necis,  
Clamat corruscans Ange-  
lus.

**D**  
**V**t

**V**t frangere ne mentibus  
Paschale, IESV, gaudii:  
A morte dira criminum  
Vitæ renatos libera:

**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

## IN ASCENSIONE

Domini.

Ad Vesperas, & ad Laudes.

**S**alutis humanæ Sator,  
IESV, voluptas cordiū  
Orbis redempti Cōditor,  
& casta lux amantium.

**Q**uia victus es clementia,  
Vt nostra ferres crimina:  
Mortem subires In nocēs,  
A morte nos vt tollerēs?

**P**errumpis infernū chaos;  
Vinētis catenas detrahis;  
Victor triumpho nobili  
Ad dexterā Patris sedes.

**T**e cogat Indulgentia,

Vt damnā nostra farcias,  
Tuique vultus compotes  
Dites beato lumine.

**T**u Dux ad astra, & semita,  
Sis meta nostris cordibus,  
Sis lacrymarum gaudiū,  
Sis dulce vitæ pramiū.

Amen.

## Ad Nocturnum, Hymnus.

**T**erne Rex Altissime,  
Redemptor & fidelium,  
Cui mors perempta detu-

lit  
Sūmæ triumphū gloriæ.

**A**scendis Orbēs siderum,  
Quò te vocabat cælitus  
Collata, non humanus,  
Rerum potestas omniū.

**V**t tria rerum machina,  
Cælestium, terrestrium,  
Et inferorum condita  
Flectat genu iam subdita.

**T**remunt videntes Angeli  
Versam vicem mortalium  
Peccat caro, mūdatur caro,

Reg.

Regnat Deus Dei caro.  
**S**is ipse nostrum gaudium  
Manens olympo præmiū,  
Mundi regis qui fabricā,  
Mūdāna vincens gaudia.

**H**inc te precantes quæsumus

Ignosce culpis omnibus,  
Et corda sursum subleua  
Ad te superna gratia. **O**

**V**t cum repente cœperis  
Clarere nube iudicis,  
Pœnas repellas debitas,  
Reddas Coronas perditas.

**I**ESV, tibi sit gloria,  
Qui victor in cælum rēdis,

Cum Patre, & almo Spi-  
ritu, **H**is (men.  
In sempiterna sæcula. **A**

**I**N FESTO PENTE-  
costes.

**A**d Vesperas, Hymnus.

**V**eni Creator Spiri-  
tus,

Mentes tuorum visita,  
Imple superna gratia,  
Quæ tu creasti pectora.

**Q**ui diceris Paraclitus,  
Altissimi donum Dei,  
Fons viuus, ignis, caritas;  
Et spiritalis vnctio.

**T**u septiformis munere,  
Digitus Paternæ dexteræ  
Tu ritè promissū Patris,  
Sermone ditans guttura.

**A**ccende lumen sensibus:  
Infunde amorem cordi-  
bus:  
Infirma nostri corporis  
Virtute firmans perpeti.

**H**ostem repellas longius,  
Pacemq; dones protinus:  
Ductore sic te præuio  
Vitemus omne noxiū.

**P**er te sciamus da Patrem.  
Noscamus atque Filium,  
Teque vtriusque Spiritū  
Credamus omni tēpore.

**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclyto

In sæculorum sæcula, A-  
men.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**I**am Christus astra ai-  
scenderat,

Reuersus vnde venerat,

Patris fruendum munere

Sanctum daturus Spiriti.

**S**olemnia vrgebat dies,

Quo mystico septéplici

Orbis volutus septies

Signat beata tempora.

**C**um lucis hora tertia

Repenté mundus into-  
nat,

Apostolis orantibus,

Deum venire nunciat.

**D**e Patris ergo lumine

Decorus ignis almus est,

Qui fida Christi pectora

Calore Verbi compleat.

**I**mpleta gaudent viscera,

Afflata Sancto Spiritu,

Vocesque diuersas sonât,

Fantur Dei magnalia.

**N**otique cunctis Gētibus,

Græcis, Latinis, Barbaris  
Simulque demirantibus,

Linguis loquuntur om-  
nium.

**I**udæa tunc incredula,

Vesana toruo spiritu,

Madere musto sobrios

Christi fideles increpat.

**S**ed editis miraculis

Occurrit, & docet Petrus,

Falsum profari perfidos,

Ioele teste comprobans.

**D**e o Patri fit gloria,

Et filio, qui à mortuis

Surrexit, ac Paraclito

In sæculorum sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**B**eata nobis gaudia

Anni reduxit orbita,

Cum Spiritus Paraclitus

Illapsus est Apostolis.

**I**gnis vibrante lumine

Lingux figuram detulit,

Verbis vt essent proflui,

Et



Et caritate feruidi.  
**L**inguis loquuntur omni-  
um;  
Turbæ pauent Gentiliū:  
Musto madere deputant,  
Quos Spiritus repleuerat.  
**P**atrara sunt hæc mysticè,  
Paschæ peracto tempore  
Sacro dierum circulo,  
Quo lege sit remissio.  
**T**e nunc Deus pijsissime  
Vultu precamur cernuo,  
Illapsa nobis cælitus  
Largire dona Spiritus.  
**D**udum sacrata pectora  
Tua replesti gratia:  
Dimitte nostra crimina,  
Et da quieta tempora.  
**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In sæculorum sæcula. A-  
men.  
**INFESTO SANCTIS-  
simæ Trinitatis.**

**Ad Vesperas, Hymnus.**

**I**am Sol recedit igneus,  
Tu lux pœnnis Vni-  
tatis,  
Nostris beata Trinitas  
Infunde amorem cordi-  
bus.

**T**e mane laudū carmine,  
Te deprecamur vespere,  
Digneris, vt Te supplices  
Laudemus inter Cælites.

**P**atri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter  
Sæclum per omne gloria  
Amen.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**S**vmma Parens Cle-  
mentia,  
Mūdi regis qui machinā,  
Vnus & substantia,  
Trinusq; personis Deus.

**D**a dexteram surgentibus  
Exurgat vt mens sobria,  
Flagrans & in laudē Dei  
Grates rependat debitas.

**D**eo Patri sit gloria,

**D 3 Nato-**

30  
Natoque Patris vnico  
Cum Spiritu Paraclito  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**T**V Trinitatis Vnitas,  
Orbem potēter quæ  
regis,  
Attende laudis canticū,  
Quod excubantes psal-  
limus.

**O**rtus refulget Lucifer,  
Præitque Solem nuncius:  
Cadunt tenebræ noctiū:  
Lux facta nos illuminet.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæcu-  
lum. Amen.

**INFESTO CORPORIS**

**Christi.**  
**Ad Vesperas, Hymnus.**

**P**Ange lingua gloriosi  
Corporis mysterium,  
Sanguinisque pretiosi,  
Quem in mundi pretiū  
Fructus ventris generosi  
Rex effudit gentium.

**N**obis datus, nobis natus  
Ex intacta Virgine,  
Et in mundo conuersatus  
Sparsa verbi semine,  
Sui moras incolatus  
Miro clausit ordine.

**I**n supremæ nocte cœnæ  
Recubens cum fratribus,  
Observata lege plenè  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodenæ  
Se dat suis manibus.

**V**erbū caro, panem verū  
Verbo carnem efficit:  
Fitque sanguis Christi  
merum,  
Et si sensus deficit:  
Ad firmandum cor sin-  
cerum  
Sola fides sufficit.

**T**antū ergo Sacramentū

Ve-

Veneremur cernui:  
Et antiquum documentū  
Nouo cedat ritui:  
Præster fides supplemen-  
tum  
Sensuum defectui.

**C**enitori, Genitoque  
Laus, & iubilatio,  
Salus, honor, virtus quoq;  
Sit & benedictio:  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio. A-  
men.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**S**acris solemnibus iunc-  
ta sint gaudia,  
Et ex præcordijs sonent  
præconia;  
Recedant vetera, noua  
sint omnia,  
Corda, voces, & opera.

**N**octis recolitur cœna no-  
uissima,  
Qua Christus creditur,  
agnum & azyma

Dedisse fratribus, iuxta  
legitima

Priscis indulta patribus.

**P**ost agnum typicum, ex-  
pletis epulis,

**C**orpus Dominicum da-  
tum discipulis,

Sic totū omnibus, quod  
totum singulis,

Eius fatemur manibus.

**D**edit fragilibus corporis  
ferculum,

Dedit & tristibus sangui-  
nis poculum,

Dicens: Accipite quod  
trado vasculum,

Omnes ex eo bibite.

**S**ic sacrificium iustum inf-  
tituit, (volut

Cuius officium committi  
Solis præbyteris, quibus

sic congruit,  
Ut sumāt, & dent ceteris.

**P**annis Angelicus sit panis  
hominum;

Dat panis cælicus figuris  
terminum:

Ores mirabilis, manducat  
Dominaum.

Pauper, seruus, & humilis.

**T**e trina Deitas, vnaq; poscimus,

Sic nos tu visita, sicut te colimus:

Per tuas semitas duc nos quo tendimus,

Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

**Ad Laudes Hymnus:**

**V**erbum supernū prodiens,

Nec Patris linquens dexteram,

Ad opus suum exiens, Venit ad vitæ vesperam.

**I**n mortem à discipulo Suis tradendus æmulis,

Prius in vitæ ferculo Se tradidit discipulis.

**Q**uibus sub bina specie Carnem dedit & sanguinem;

**A**

Vt duplicis substantiæ Totum cibaret hominē.

**S**e nascens dedit socium, Conuescens in edulium,

Se moriens in pretium, Se regnās dat in præmiū.

**O** salutaris hostia, Quæ cæli pandis ostium:

Bella premunt hostia, Da robur, fer auxilium.

**V**ni, trinoque Domino Sit sempiterna gloria:

Qui vitam sine termino Nobis donet in patria.

Amen.

**In festo**

**CATHEDRÆ S.**

**Petri.**

**Ad Vesperas, & Matutinum. Hymnus.**

**Q**uodcumq; in orbe nexibus reuinxeris,

Erit reuinctum Petre in arce siderum:

Et quod resoluit hic potestas tradita,

Erit solutū cæli in alto. **In**

In fine Mundi iudicabis  
sæculum. (gloria,

**P**atri perenne sit per ævū

Tibi que laudes concina  
mus inclitas

Æterne Nate, sit superne  
Spiritus

Honor tibi, decusque,  
sancta iugiter

Laudetur omne Trinitas  
per sæculum, Amen.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**B**eate Pastor, Petre,  
clemens accipe

Voces precantum, cri-  
minumque vincula

Verbo resolue, cui potes-  
tas tradita,

Aperire terris cælū, aper-  
tum claudere.

**S**it Trinitati sempiterna  
gloria,

Honor potestas, atque  
iubilatio,

In vnitae, quæ gubernat  
omnia,

33  
Per vniuersa æternitatis  
sæcula. Amen.

**In Conuersione S. Pauli  
Apostoli. Ad Vesp. & Ma-  
tut. Hymnus.**

**E**gregie Doctor Paule  
mores instrue,

Et nostra tecum pectora  
in Cælum

Trahe: velata dum me-  
ridiem cernat Fides,

Et solis instar sola regnet  
Caritas.

**S**it Trinitati. *vt supra.*

**In festo S. Martinæ Virgi-  
nis, & Mart. Hymnus.**

**M**artinæ celebri lau-  
dite nomini,

Ciues romulei, plaudite  
gloriæ:

Insignem meritis dicite  
Virginem,

Christi dicite Martyrē.

**H**æc dum conspicuis orta  
parentibus

E Inter

Iner delicias, iner ama-  
biles.

Luxus illecebras ditibus  
affluit (mus.)

Faultæ muneribus do-  
Vita despiciens commo-  
da, dedicat

Se rerum Domino, & mu-  
nifica manu

Christi pauperibus distri-  
buens opes

Quærit præmia cælitū.

**A** nobis abigas lubrica  
gaudia

Tu, qui martyribus dex-  
ter ades Deus

Vne, & Trine: tuis da fa-  
mulis iubar,

Quo clemens animos  
beas. Amen.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**N**on illam crucians  
vngula, non feræ,  
Non virgæ horribili vul-  
nere commouent;

Hinc lapsi è superum se-  
dibus Angeli

Cælesti dape recreant.

**Q**uin & depõsita sæuitie  
Leo

Se ritu placido projicit ad  
pedes:

Te Martina tamen dans  
gladius neci

Cœli cœtibus inferit.

**T**e thuris redolens ara va-  
poribus

Quæ fumat, precibus iu-  
giter inuocat,

Et falsum perimens aus-  
piciū tui

Delet nominis omine.

**A** nobis abigas. **vt sup.**

**Ad Laudes, Hymnus.**

**T**V natale solum pro-  
tege, tu bonæ

Da pacis requiem Chris-  
tiadum plagis:

Armorū strepitus, &  
fera prælia

In

In fines age Thracios.  
**E**t Regum socians agmina  
 sub Crucis  
 Vexillo, Solymas nexi-  
 bus exime:  
 Vindexque innocui san-  
 guinis hosticum  
 Robur funditus erue.  
**Tu** nostrum columen, tu  
 decus inclytum,  
 Nostrarum obsequiū res-  
 pice mentium;  
 Romæ vota libens exci-  
 pe, quæ pio  
 Te ritu canit, & colit,  
**A**nobis abigas. *vt sup.*

**In festo S. Hermenegildi  
 Mart. In vtrisque Vesper.  
 & Laudib. Hymnus.**

**R**egali folio fortis  
 Iberiæ,  
 Hermenegilde iubar, glo-  
 ria martyrum,  
 Christi quos amor, almis  
 Cæli coetibus inserit.

**V**t per nos patiens pollic-  
 tum Deo  
 Seruans obsequium? quo  
 potius tibi  
 Nil proponis, & arces  
 Cautus noxia, quæ pla-  
 cent.

**V**t motus cohibes, pabula  
 qui parant  
 Surgentis vitij, non dubi-  
 os agens  
 Per vestigia gressus,  
 Quò veri via dirigit?

**S**it rerum Domino iugis  
 honor Patri,  
 Et natum celebrent ora  
 precantium,  
 Diuinumque supremis  
 Flamen laudibus efferat.  
 Amen.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**N**Vllis te genitor blâ  
 ditijs trahit,  
 Non vitæ caperis diuitis  
 otio,

~~Demmarum~~ ~~vitore,~~  
Regnandi ne cupidine.

**D**iris non teles te gladij  
minis,  
Nec terret perimens car-  
nificis furor:

Nam mansura caducis  
Præfers gaudia cælitum.

**N**unc nos è superum pro-  
tege sedibus

Clemens, atque preces,  
dam canimus tua

Quæsitam nece palmã,  
Pronis auribus excipe:

**S**it rerum Domino iugis  
honor, Patri,

Et natum celebrent ora  
precantium

Diuinumque supremis  
Flamen laudibus efferat

Amen.

**In festo Inventionis S. Cru-  
cis. Ad Vesperas. Hymn.**

**V**exilla Regis prode-  
ant:

Fulget Cræcis mysteriũ,  
Qua vita mortẽ pertulit,  
Et morte vitam protulit.

**Q**uæ vulnerata lanceæ  
Mucrone diro, criminũ  
Vt nos lauaret sordibus,  
Manauit vnda, & sangui-  
ne.

**I**mpleta sunt, quæ cõcinit  
David fideli carmine,  
Dicendo nationibus:  
Regnauit à ligno Deus.

**A**rbor decora, & fulgida,  
Ornata Regis purpura,  
Electa digno stipite  
Tam sancta membra ta-  
gere.

**B**eata, cuius brachijs  
Pretium pependit sæculi,  
Statéra facta corporis,  
Tulitque prædam Tar-  
tari.

**O**Crux, aue spes vnica,  
Paschale quæ fers gau-  
dium,  
Pijs adauge gratiam,  
Reisque dete crimina.

**T**e,



**T**e, fons salutis Trinitas,  
 Collaudet omnis spiritus:  
 Quibus Crucis victoriã  
 Largiris adde præmium.  
 Amen;

In ima petit Tartara.  
 Ducemque cum rebel-  
 libus.

Cælesti ab arce fulminat  
**C**ontra Ducem superbix  
 Sequamur hunc nos prin-  
 cipem,

Vt detur ex Agni throno  
 Nobis corona gloriæ.

**D**eo Patri sit gloria,  
 Et Filio, qui à mortuis  
 Surrexit, ac Paraclito  
 In sempiterna sæcula. A-  
 men.

**Ad Matutinum. Hymnus.**

**P**ange lingua gloriosi lau-  
 ream: vt supra, in **Domini-**  
**ca Passionis.** fol. 22.

**Ad Laudes Hymnus.** **L**us-  
 tra sex: vt supra. fol. 23.

**In Apparitione Sancti**  
**Michaelis Archangeli:**

**Hymnus.**

**T**E splendor, & virtus  
 Patris,

Te vita, IESV, cordium,  
 Ab ore qui pendent tuo,  
 Laudamus inter Angelos

**T**ibi mille densa millium  
 Ducum corona militat:  
 Sed explicat Victor Cru-  
 cem

Michael salutis Signifer;

**D**raconis hic dirum caput

**Ad Laudes. Hymnus.**

**C**hriste, Sanctorum de-  
 cus Angelorum,

Gentis humanæ Sator, &  
 Redemptor,

Cælitum nobis tribuas  
 beatas

Scandere sedes.

**A**ngelus pacis Michael in  
 Ædes

Cælitus nostras veniat;  
 serenæ

ductor vt pacis lacrymo  
 sa in Gremio  
 Beata releget.

**A**ngelus fortis Gabriel, vt  
 hostes

Pellat antiquos, & amica  
 Cælo,

Quæ triumphator statuit  
 per Orbem,  
 Tempia reuifcat.

**A**ngelus nostræ medicus  
 salutis

Adfit è Cælo Raphael, vt  
 omnes (vitæ  
 Sanet ægrotos, dubiosq;  
 Dirigat actus.

**V**irgo Dux pacis, Geni-  
 trixque lucis,  
 Et facer nobis Chorus  
 Angelorum

Semper assistat, simul, &  
 micantis  
 Regia Cæli.

**P**ræstet hoc nobis Deitas  
 beata

Patris, ac Nati, pariter-  
 que sancti

Spiritus, cuius resonat  
 per omnem

Gloria Mundum. Amen.

**In natiuitate S. Ioannis  
 Baptistæ. Ad Vesperas,  
 Hymnus.**

**V**T queant laxis re-  
 sonare fibris (rū,  
 Mira gestorū famuli tuo-  
 Solue polluti labij reatū,  
 Sancte Ioannes.

**N**uncius celso veniens O-  
 lympo

Te Patri magnum fore  
 nasciturum

Nomen, & vitæ feriem  
 gerendæ

Ordine promit. (ni

**I**lle promissi dubius super-  
 Perdidit promptæ modu-  
 los loquelæ:

Sed reformasti genitus  
 peremptæ

Organa vocis.

**V**entris obstruso recubās  
 cubili

Senserat Regem thalamo manentem;

Hinc parens nati meritis vterque

Abdita pandit.

Sit decus Patri, genitæq;

Proli,

Et tibi, compar vtriusq;

virtus,

Spiritus semper, Deus

vnus, omni

Temporis æuo. Amen.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**A**Ntra deserti teneris sub annis,

Ciuum turmas fugiens, petisti,

( vitam

Ne leui posses maculare

Crimine linguæ.

**P**ræbuit durum tegumen

Camelus

Artibus sacris, strophium

bidentes,

Cui latex hauustum, socia-

ta pastum

Mella locustis.

**C**eteri tantum cecinere Vatum

Corde præfago iubar afuturum;

Tu quidem mundi scelus auferentem

Indice prodis.

**N**on fuit vasti spatium per Orbis

Sanctior quisquam genitus Ioanne,

Qui nefas sæcli meruit lauantem

Tingere lymphis.

**S**it decus Patri, genitæque Proli,

Et tibi, compar vtriusque virtus,

Spiritus semper, Deus vnus, omni

Temporis æuo. Amen.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**O**Nimis felix, meriti que celsi,

E 4

Nef

Nesciens labem niuei pu  
doris,

Præpotens Martyr, ne-  
morumque cultor,

Maxime vatam.

**S**erta ter denis alios coro-  
nant

Aucta clementis, duplica  
ta quosdam,

Trina te fructu cumula-  
ta centum

Nexibus ornant.

**N**unc potens nostri meri-  
tis opimis

Pectoris duos lapides re-  
uelle

Asperum planans iter, &  
reflexos

Dirige calles.

**V**t pius mundi Sator, &  
Redemptor

Mentibus culpæ sine la-  
be puris

Ritè dignetur veniens  
beatos

Ponere gressus.

**L**audibus ciues celebrent  
superni

Te Deus simplex, pari-  
terque Trine,

Supplices & nos veniam  
precamur.

Parce redemptis. Amen.

**In festo SS. Apost. Petri  
& Pauli. Ad Vesperas,  
Hymnus.**

**D**ecora lux Æterni-  
tatis, auream

Diem beatis irrigauit ig-  
nibus,

Apostolorum quæ coro-  
nat Principes,

Reisque in astra liberam  
pandit viam.

**M**undi Magister, atque cæ-  
li ianitor,

Romæ parentes, arbitri-  
que gentium,

Per ensis ille, hic per Cru-  
cis victor necem

Vitæ senatū laureati pos-  
sident.

**O**Roma felix, quæ duorū  
Principum

Es consecrata glorioso  
sanguine;  
Horum cruore purpurata  
ceteras excellis

Pedes beatos ungere,  
Lauare fletu, tergere  
Comis, & ore lambere.

Orbis vna pulchritudines.  
**S**it Trinitati sempiterna  
gloria,

**A**distare non timet Crucis:  
Sepulchro inhæret anxia:  
Truces nec horret mi-  
lites:

Honor, potestas, atq; iu-  
bilatio,

Pellit timorem Caritas.

In vnitate, quæ gubernat  
omnia

**O** vera, Christe, Caritas,  
Tu nostra purga crimi-  
na,

Per vniuersa sæculorum:  
sæcula. Amen.

Tu corda reple gratia,  
Tu redde Cæli præmia.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**P**atri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter  
Sæclum per omne gloria  
Amen,

**B**eate Pastor Petre, fol. 33

**In festo S. Mariæ Magda-  
lenæ. Ad Vesperas, Hym.**

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**P**ater superni luminis,  
Cum Magdalenâ res-  
picis;  
Flammas amoris exci-  
tas,  
Geluque soluis pectoris.

**M**aria castis osculis  
Lambit Dei vesti-  
gia,  
Fletu rigat: tergit comis,  
Deterfa nardo perlinit.

**A**more currit saucia

**D**eo Patri sit gloria,

F. Eius.

Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**S**ummi Patris Vnice;  
Vultu pio nos respice,  
Vocans ad arcem gloriæ  
Cor Magdalensæ pœni-  
tens.

**A**missa drachma regio  
Recondita est Arario,  
Et gemma, de terfo luto,  
Nitore vincit sidera.

**I**ESV, medela vulnerum  
Spes vna pœnitentium  
Per Magdalensæ lacrymas  
Peccata nostra diluas.

**D**eī Parens pijsissima,  
Eux nepotes flebiles  
De mille vitæ fluctibus  
Salutis in portum vehas.

**V**ni Deo sit gloria  
Pro multiformi gratia,  
Peccatium qui crimina

Remittit, & dat præmia,  
Amen.

**In festo S. Petri ad Vincula. Ad Vesperas. Hymnus.**

**M**iris modis repente  
liber, ferrea  
Christo iubente, vincula  
Petrus exiit:  
Ouillis ille Pastor, & Rec-  
tor gregis  
Vitæ recludit pascua, &  
fontes sacros,  
Ouesq; seruat creditas, ar-  
cet lupos.

**P**atri perenne sit per ævū  
gloria,  
Tibiq; laudes concina-  
mus: inclytas  
Æterne Nate, sit superne  
Spiritus, honor tibi, de-  
cusque; sancta iugiter  
Laudetur omne Trinitas  
per sæculum. Amen.

**In festo Transfigurationis. Ad Vesperas. Hymnus.**

**Q**ui-

**Q** Vicumque Christū  
quæritis;

Oculos in altum tollite,  
Illic licebit visere

Signum perennis gloriæ.

**I**llustre quiddā cernimus,

Quod nesciat finē pati;

Sublime, celsum, intermi-

num,

Antiquius Cælo & Chao

**H**ic ille Rex est Gentium,

Populique Rex Iudaici,

Promissus Abrahæ Patri,

Eiusq; in ævum semini.

**H**unc & Prophetis testibus,

Isdemque signatoribus

Testator, & Pater iubet

Audire nos, & credere.

**I**ESV, tibi sit gloria,

Qui te reuelas paruulis,

Cū Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna sæcula. A-

men.

**A**d Laudes, Hymnus.

**L**Vx alma IESV men-

Dū corda nostra recreas,  
Culpæ fugas saliginem,  
Et nos replet dulcedine.

**Q**uām lætus est, quem  
visitas?

Cōfors paternæ dexteræ,

Tu dulce lumen Patriæ,

Carnis negatum sensibus

**S**plendor paternæ gloriæ,

Incomprehensa Caritas,

Nobis amoris copiam

Largire per præsentiam.

**I**ESV, tibi sit gloria,

Qui te reuelas paruulis,

Cū Patre, & almo Spiritu

In sempiterna sæcula. A-

men.

**I**n Assumptione

**B. MARIE VIRGINIS**

& in omnibus festiuita-

ribus eiusdem.

**A**d Vesperas, Hymnus.

**A**Ve maris stella,

Dei mater alma,

Atque semper virgo,

Felix cæli porta.

**S**umens iudæi Aue,

Gabrielis ore,

Runda nos in pace,

Mutans Euzæ nomen.

**S**olue vincla reis,

Profer lumen cæcis,

Mala nostra pelle,

Bona cuncta posce.

**M**ontra te esse matrem

Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus

Tulit esse tuus.

**V**irgo singularis

Inter omnes mitis,

Nos culpis solutos,

Mites fac & castos.

**V**itam præsta puram,

Inter para tutum,

Vt videntes IESVM,

Semper collætetur.

**S**it laus Deo Patri,

Summo Christo decus,

Spiritui sancto,

Tribus honor vnus. A-

men.

**Ad Matutinum, Hymn.**

**Q**uem terra, Pontus,

Sidera

Colunt, adorant, prædi-  
cant:

Trinam regentem ma-  
chinam

Claustrū Mariæ baiulat:

**C**ui luna, Sol, & omnia

Deseruiunt per tempora

Perfusa cæli gratia,

Gestant puellæ viscera.

**B**ea Mater munere,

Cuius supernus Artifex,

Mundum pugillo conti-

nentis,

Ventris sub arca clausus

est.

**B**ea cæli nuncio,

Fæcunda sancto Spiritu,

Desideratus gentibus

Cuius per aluum fusus est

**I**ESV, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spi-

ritu,

In sempiterna sæcula. A-

men.

Ad



**Ad Laudes, Hymnus.**

**O** Gloriosa Virginum,  
Sublimis inter fide-  
ra,

Qui te creavit paruulū  
Lactente nutris vberē.

**Q**uod Eua tristis abstulit,  
Tu reddis almo germine  
Intrent vt astra flebiles,  
Cæli recludis cardines,

**T**u regis alti ianua,  
Et aula lucis fulgida:  
Vitam datam per Virgi-  
nem  
Gentes redemptæ plau-  
dite.

**I**ESV, tibi fit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spi-  
ritu,  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**In Festo Exaltationis sanc-  
tæ Crucis.**

**Ad Vesperas. Hymnus,**

**V** Exilla regis prode-  
unt:

Fulget Crucis mysteriū,  
Qua vita mortem pertu-  
lit,

Et morte vitam protulit.

**Q**uo vulnerata lanceæ  
Mucrone diro criminū  
Vt nos lauaret sordibus,  
Manavit vnda, & san-  
guine.

**I**mpleta sunt, quæ concii-  
nit

David fideli carmine,  
Dicendo nationibus:  
Regnavit à ligno Deus.

**A**rbor decora, & fulgida,  
Ornata Regis purpura,  
Electa digno stipite  
Tam sancta membra tã-  
gere.

**B**eata cuius brachijs  
Pretium pependit sæculi,  
Statera facta corporis,  
Tulitque prædam Tar-  
tari.

**O** Cruz, aue spes vnica,

In hac triumphi gloria,  
 Pius adauge gratiam,  
 Reisque dele crimina.

**T**e, fons salutis Trinitas,  
 Collaudet omnis spiritus:  
 Quibus Crucis victoriã  
 Largiris, adde præmium  
 Amen.

**In Dedicatione Sancti Mi-  
 chaelis Archangeli.**

**Ad Vesperas Hymnus.**

**T**E splendor, & virtus  
 Patris,  
 Te vita Iesu Cordium,  
 Ab ore qui pendent tuo,  
 Laudamus inter Angelos  
**T**ibi mille densa millium  
 Ducum corona militat:  
 Sed explicat victor Cru-  
 cem  
 Michael, salutis Signifer.  
**D**raconis hic dirum caput  
 In ima pellit Tartara,  
 Ducemq; cū rebellibus  
 Cælesti ab arce fulminat.

**C**ontra Ducem superbiæ  
 Sequamur hunc nos Prin-  
 cipem,

**V**t detur ex Agni Throno  
 Nobis corona gloriæ.

**P**atri, simulque Filio,  
 Tibique, sancte Spiritus,  
 Sicut fuit, sit iugiter

Sæclum per omne gloria  
 Amen.

**In festo Omnium Sancto-  
 rum: Ad Vesperas, & Ma-  
 tutinum, Hymnus.**

**P**lacare, Christe, ser-  
 ualis,

Quibus Patris clementiã  
 Tuæ ad Tribunal gratiæ  
 Patrona Virgo postulat:

**E**t vos beata, per nouem  
 Distincta gyros Agmina:

Antiqua cū præsentibus,  
 Futura damna pellite.

**A**postoli cum Vatribus,  
 Apud seueram Iudicem,

Veris reorum fletibus,  
 Ex-

Exposcite Indulgentiam.

**V**os purpurati Martyres,

Vos candidati premio

Confessionis, exules

Vocate nos in Patriam.

**C**horæa casta Virginum,

Et quos eremus incolas

Transmisit astris: Cælitū.

Locate nos in sedibus.

**A**uferte gentem perfidam

Credientium de finibus:

Vt vnus omnes vnicum

Ouile nos Pastor regat.

**D**eo Patri sit gloria,

Natoque Patris vnico,

Sancto simul Paraclito,

In sempiterna sæcula. A-

men.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**S**alutis æternæ Dator

Iesu, redēptis subueni:

Virgo Parens clementiæ,

Dona salutem serualis.

**V**os Angelorum millia,

Patrumq; cœtus, Agmina

Canora Vatum; vos reis

Precamini indulgentiam.

**B**aptista Christi præuius,

Summiq; Cæli clauiger,

Cum ceteris Apostolis,

Nexus resoluât criminū,

**C**o hors triumphans mar-

tyrum, (rus,

Almus sacerdotum Cho-

Et virginalis castitas,

Nostros reatus abluant.

**Q**icumque in alta fiderū

Regnatis aula Principes,

Fauete votis supplicum,

Qui dona Cæli flagitāt.

**V**irtus, honor, laus, gloria

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paraclito

In sæculorum sæcula. A-

men.

**COMMUNE. APOS-**

**tol. & Euangelist.**

**Ad Vesperas, & Laudes,**

**Hymnus.**

**E**xultet orbis gaudijs:

Cælum resultat laudibus  
Apostolorum gloriam  
Tellus, & Astra concinunt.

**V**os sæculorum Iudices,  
Et vera mundi lumina:  
Votis precamur cordiũ,  
Audite voces supplicũ.

**Q**ui templa cæli clauditis  
Serasque verbo solaitis,  
Nos à reatu noxios  
Soluti iubete. quæsumus;

**P**ræcepta quorũ protinus  
Languor, salusq; sentiunt:  
Sanate mentes lægidas:  
Augete nos virtutibus.

**V**t, cùm redibit arbiter  
In fine Christus sæculi:  
Nos sempiterni gaudij  
Cõcedat esse compotes.

**P**atri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter  
Sæclum per omne gloria  
Amen.

**Ad Matutinum. Hymnus.**

**T**erna Christi mune-  
ra,

Apostolorum gloriam,  
Palmas, & Hymnos de-  
bitos

Lætis canamus mētibus.  
**E**cclēsiarum Principes,  
Belli triumphales Duces,  
Cælestis Aulæ milites,  
Et vera mundi lumina.

**D**euota Sanctorum fides,  
Inuicta spes credentium,  
Perfecta Christi caritas  
Mundi tyrannum conte-  
rit.

**I**n his paterna gloria,  
In his triumphat filius,  
In his voluntas Spiritus,  
Cælum repletur gaudio.

**P**atri simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter  
Sæclum per omne gloria  
Amen.

**Commune Apostolorum,  
& Euangelistarum Tem-  
pore Paschali Ad Vesperas  
& Matutinum. Hymn.**

**T**ris-

**T**ristes erant Apostoli  
De Christi acerbo  
funere,

**Q**uem morte crudelissi-  
ma  
Serui necarant impij.

**S**ermone verax Angelus  
Mulieribus prädixerat:  
Mox ore Christus gaudiũ  
Gregi feret Fidelium.

**A**d anxios Apostolos  
Currunt statim dum nun-  
ciae,  
Illæ micantis obuia  
Christi tenent vestigia.

**G**alileæ ad alta montium  
Se conferunt Apostoli,  
IESV que voti compotes,  
Almo beantur lumine.

**V**t sis perenne mentibus  
Paschale IESV gaudiũ;  
A morte dira criminum  
Vitæ renatos libera.

**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui á mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**P**aschale mundo gau-  
dium

Sol nunciat formosior,  
Cum luce fulgentẽ noua  
IESVM vident Apostoli.

**I**n carne Christi vulnera  
Micare tamquã fidera  
Mirantur, & quidquid vi-  
dent

Testes fideles prädicant.  
**R**ex Christe Clementis-  
sime,

Tu corda nostra posside,  
Ut lingua grates debitas  
Tuo rependat nomini.

**V**t sis perenne mentibus  
Paschale IESV gaudium  
A morte dira criminum  
Vitæ renatos libera.

**D**eo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui á mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

Commune vnius Martyris  
extra tempus Paschale, ad  
Vesperas, & Matutinum.  
Hymnus,

**D**Eus tuorum militū  
Sors, & corona, præ-  
mium,

Laudes canētes Martyris  
Absolue nexu criminis.

**H**ic nempe mundi gaudia,  
Et blanda fraudū pabula  
Imbuta felle deputans,  
Peruenit ad cælestia.

**P**œnas cucurrit fortiter,  
Et sustulit viriliter,  
Fundensque pro te san-  
guinem

Æterna dona possidet.

**O**b hoc precatu supplicii  
Te poscimus, pijsissime:  
In hoc triūpho Martyris  
Dimitte noxam seruilis.

**L**aus, & perennis gloria  
Patri sit, atque Filio,  
Sancto simul Paraclito:  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

Ad Laudes, Hymnus.

**I**Nuicte Martyr, vnicū  
Patris secutus Filium,  
Victis triūphas hostibus,  
Victor fruēs cælestibus,

**T**ui precatus munere  
Nostrum reatum dilue,  
Arcens mali, contagium,  
Vitæ repellens tædium.

**S**oluta sunt iam vincula  
Tui sacrati corporis:  
Nos solue vinclis sæculi,  
Dono superni Numinis.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

Commune plurimorum Mar-  
tyrum. Ad Vesperas,  
Hymnus.

**S**ANCTO rum meritis in-  
clyta gaudia  
Pangamus socij, gesta q;  
fortia;

Glis.

Gliscens fert animus pro-  
mere cantibus

Victorum genus optimi.

**H**i sunt, quos fatue Mun-  
dus abhorruit,

Hunc fructu vacuū flori-  
bus aridum,

Contempserē tui nomi-  
nis Affeclæ,

IESV, Rex bone Cælitū.

**H**i pro te furias, atq; mi-  
nas truces

Calcarunt hominum, sæ-  
uaque verbera:

His cessit lacerans forti-  
ter vngula,

Nec carpfit penetralia.

**C**æduntur gladijs more bi-  
dentium:

Non murmur resonat, nō  
querimonia;

Sed corde impauido mēs  
bene conscia

Conseruat patientiam.

**Q**uæ vox, quæ poterit lin-  
gua retexere,

Quæ tu Martyribus mu-  
nera præparas?

Rubri nam fluido sangui-  
ne fulgidis

Cingunt tēpora laureis.

**T**u summa ó Deitas, vna-  
que poscimus;

Vt culpas abigas, noxia  
subtrahas,

Despacem famulis, vt ti-  
bi gloriam

Annorum in seriem ca-  
nant. Amen.

**Ad Matucianum, Hymn.**

**C**hristo profusum san-  
guinem,

Et martyrum victorias,

Dignamq; cælo lauream

Lætis sequamur vocibus.

**T**errore victo sæculi,

Pœnisq; spretis corporis,

Mortis sacræ compendio

Vitam beatam possident.

**T**raduntur igni martyres,

Et bestiarum dentibus:

Armata sæuit vngulis

Tortoris insani manus.

**N**udata pendent viscera:  
Sanguis, & cratus sūdatur:  
Sed permanent immo-  
biles

Vitæ perennis gratia.

**T**e nūc, Redemptor, qua-  
sumus:

Vt martyrum consortio  
Iungas precātes serualos:  
In sempiterna sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes Hymnus. A**

**R**ex gloriose Martyrū  
Corona constantiū,

Qui respuentes terrea  
Perducis ad caelestia,

**A**urē benignam protinus  
Intende nostris vocibus,

Trophæa sacra pigimus:  
Ignosce quod deliquimus

**T**u vincis inter Martyres  
Parci q; confessoribus:

Tu vince nostra crimina,  
Largitor indulgentiæ.

**D**eo Patri sit gloria,

Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Commun. Confess. Pon-  
tificis. Ad Vesperas, & Ma-  
tutinum. Hymnus.**

**I**ste Confessor Domini,  
Solentes

Quem piè laudant Popu-  
li per Orbem:

Hac die tæris meruit bea-  
Scandere sedes.

**S**i non est dies obitus, di-  
citur:

Hac die lætus meruit su-  
premos

Laudis honores.

**Q**ui pius, prudens, humi-  
lis, pudicus,

Sobriam duxit sine labe  
vitam,

Donec humanos anima  
uit auræ

Spiritus artus  
Quis



**C**uius iob præstans meri-  
 tum frequenter,  
 Agra, quæ passim iacue-  
 re, membra,  
 Viribus morbi domitis,  
 saluti Restituuntur.

**N**oster hinc illi Chorus  
 obsequentem  
 Concinit laudem, cele-  
 bre que palmas:

**U**t pijs eius precibus iuue-  
 mur  
 Omne per ævum.

**S**it salus illi, decus, atque  
 virtus,

Qui super Cali folio co-  
 ntrascans,  
 Totius mundi seriem gu-  
 bernat  
 Trinus, & vnus. Amen.

**Ad Laudes, Hymnus.**

**I**ESV Redemptor om-  
 nium,  
 Perpes corona præsalū,  
 In hac die clementiūs  
 Indulgeas precantibus.

**T**ui sacri qua nominis  
 Confessor alius claruit;  
 Huius celebrat annua  
 Deuota plebs solemnia.

**Q**ui ritè mundi gaudia  
 Huius caduca respuens,  
 Eternitatis præmio  
 Potitur inter Angelos.

**C**uius benignus annue  
 Nobis sequi vestigia:  
 Huius precatu seruilis  
 Dimitte noxam criminis.

**S**it, Christe, Rex pijsime,  
 Tibi, Patrique gloria,  
 Cum Spiritu Paraclito,  
 Nunc, & per omne sæ-  
 culum, Amen.

**Commune Confess. non Pontif.**

**Iste confessor. ut supra. Ad Laudes, Hymnus.**

**I**ESV, corona celsior,  
 Et veritas sublimior,  
 Qui confitenti seruulo  
 Reddis perenne præmiū,

**D**a supplicanti cœtui,  
Huius rogatu, noxij  
Remissionem criminis,  
Rumpêdo nexū vinculi.

**A**nni reuerso tempore  
Dies refulsit lumine,  
Quo Sanctus hic de corpore  
Migravit inter sidera:

**H**ic vana terræ gaudia,  
Et luculenta prædia  
Polluta sorde deputans,  
Quans tenet cœlestia.

**T**e, Christe, Rex pijsissime,  
Hic confitendo iugiter,  
Calcavit artes Dæmonū,  
Sæuumque Auerni principem.

**V**irtute clarus, & fide,  
Confessione sedulus,  
Ieiuna membra deferens  
Dapes supernas obtinet.

**P**roinde te, pijsissime,  
Precamur omnes supplices,  
Nolis vt huius gratia  
Poenas remittas debitas.

**P**atri perennis gloria,  
Natoque Patris vnico,  
Sanctoque sit Paraclito  
Per omne semper sæculum. Amen.

**Commune Virginum. Ad  
Vesperas, & Laudes.  
Hymnus.**

**I**ESV, corona Virginū  
Quem Mater illa concipit,

Quæ sola Virgo parturit  
Hæc vota clemēs accipe.

**Q**ui pergis inter lilia,  
Septus choreis Virginū,  
Sponsus decorus gloria,  
Sponsisque reddens præmia.

**Q**uocumq; tēdis, Virgines  
Sequuntur, atq; laudibus  
Post te canentes cursitāt,  
Hymnosque dulces personant.

**T**e deprecamur supplices  
Nostris vt addas sensibus,

Nes-

Nescire prorsus omnia  
Corruptionis vulnera.

**V**irtus, honor, laus, gloria  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paraclito  
In sæculorum sæcula. A-  
men.

**Ad Matutinum. Hymnus.**

**V**irginis Proles, Opi-  
fexque Matris, **D**  
Virgo quem gessit, pepe-  
ritque Virgo,  
Virginis partos canimus  
decora  
Morte triumphos.

**H**æc enim palmae duplicis  
beata. (domare  
Sorte dum gessit fragilẽ  
Corporis sexum; domuit  
cruentum  
Cæde Tyrannum.

**V**nde nec mortem, nec  
amica mortis  
Mille pœnarum genera  
expauescens,  
Sanguine effuso meruit,  
serenum

Scandere Cælum.

**H**uius oratu Deus alme,  
nobis

Debitas pœnas scelerum  
remitte;

**V**t tibi puro resonamus  
almum

Pectore carmen.

**S**it decus Patri, genitaq;  
Proli,

**E**t tibi compar utriusque  
virtus,

Spiritus semper, Deus  
vnus, omni

Temporis æuo. Amen.

**S**i sancta fuerit virgo ran-  
tum, & non Martyr, ad Ma-  
tutinum dicitur Hymnus  
vt sequitur.

**V**irginis Proles, Opi-  
fexque Matris,

Virgo quem gessit, pepe-  
ritque Virgo,

Virginis festum canimus  
beatae,

Accipe votum.

**H**uius oratu, Deus alme,  
nobis

Debitas pœnas scelerum  
remitte:

Ut tibi puro resonemus  
Pectore carmen.

**S**it decus Patri, genitæque  
Proli,

Et tibi compar. vtriusque  
virtus,

Spiritus semper, Deus v-  
nus, omni

Temporis æuo. Amen.

**Commune sanctæ Marty-  
ristantum, & nec Virgi-  
nis, nec Martyris.**

**Ad Vesperas, & Laudes:  
Hymnus.**

**F**ortem virili pectore  
Laudemus omnes fe-  
minam,

Quæ sanctitatis gloria  
Vbique fulget inclyta.

**H**æc sancto amore saucia,  
Dum Mûdi amorem no-  
xium

Horrescit, ad Cælestia

Iter peregit arduum.

**C**arnem domans ieiunijs,  
Dulci que mentē pabulo

Orationis nutriendis,  
Cæli potitur gaudijs.

**R**ex Christe, virtus fortiū,  
Qui magna solus efficis,

Huius precatu quæsumus  
Audi benignus supplices,

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,

Cum Spiritu paraclito,  
Nunc & per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Ad Matutinum. Hymnus.**

**H**uius oratu, Deus al-  
me, nobis

Debitas pœnas scelerum  
remitte:

Ut tibi puro resonemus  
almum

Pectore Carmen. (Proli,  
**S**it decus Patri, genitæque

Et tibi compar. vtriusque  
virtus,

Spiri-

Spiritus semper, Deus  
vnus, omni  
Temporis æuo. Amen.

**Commune Dedicat Eccle-  
siae. Ad Vesperas, & Ma-  
tutinum Hymnus.**

**C**ælestis Vrbs Ierusa-  
lem,  
Beata pacis visio,  
Quæ celsa de viuentibus  
Saxis ad astra tolleris,  
Sponsæque ritu cingeris  
Mille Angelorum milli-  
bus.

**O** sorte nupta prospera,  
Dotata Patris gloria,  
Resperfa sponsi gratia,  
Regina formosissima,  
Christo iugata Principi,  
Cæli corusca ciuitas.

**H**ic margaritis emicant,  
Patentque cunctis ostia:  
Virtute namque præuia  
Mortalis illuc ducitur,

Amore Christi percitus  
Tormenta quisq; sus-  
tinet.

**S**calpri salùbris ictibus,  
Et tunfione plurima,  
Fabri polita malleo  
Hanc saxa molem conf-  
truunt,  
Aptisque iuncta nexibus  
Locantur in fastigio.

**D**ecus Parenti debitum  
Sit vsquequaque Altissi-  
mo,  
Natoque Patris vnico,  
Et inclyto Paraclito,  
Cui laus, potestas, gloria  
Æterna sit per sæcula. A-  
men.

**Ad Laudes. Hymnus.**

**A**lto ex Olympi ver-  
tice  
Summi parentis Filius,  
Ceumonte defectus la-  
pis  
Terras in imas decidens,  
H Do-

Domus supernæ, & infi-  
mæ,

Vtrumq; iunxit angulū.

**S**ed illa sedes Cælitum  
Sēper resultat laudibus,  
Deumque Trinum, &  
vnicum

Iugi canore prædicat:

Illi canentes iungimur  
Almæ Sionis æmuli.

**H**æc tēpla, Rex Cælestiū,  
Imple benigno lumine:  
Huc ò rogatus adueni,  
Plebisque vota suscipe,  
Et nostra corda iugiter  
Perfunde Cæli gratia.

**H**ic impetrent Fidelium  
Voces, precesque suppli-  
cum

Domus beatæ munera,  
Partisque donis gaudeāt:  
Donec soluti corpore  
Sedis beatas impleant.

**D**ecus Parenti debitum  
Sit usque quaq; Altissimo,  
Nataque Patris vnico,  
Et in clyto Paraclito,

Cui latus, potestas, gloria  
Æterna sit per sæcula A-  
men.

**In Officio paruo Beatæ Ma-  
riæ, Hymnus.**

**M**emento, rerum Cō-  
ditor,

Nostri quod olim corpo-  
ris

Sacrata ab aluo Virginis  
Nascendo formam sump-  
feris.

**M**ARIA, mater gratiæ,  
Dulcis Parens clemētiae,  
Tu nos ab hoste protege  
Et mortis hora suscipe.

**I**ESU, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine  
Cū Patre, & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula, A-  
men.

**In Festo S. Teresiæ, ad Ves-  
peras, & Laudes Hymnus.**

**R**egis superni nuntia  
Domum paternam  
deseris, Ter-

Terris Teresa barbaris  
Christum datura, aut san-  
guinem.

**S**ed te manet suavior  
Mors, pœna poscit dulci-  
or,  
Diuini amoris cuspide  
In vulnus iœta concides.

**O** caritatis victima!  
Tu corda nostra concre-  
ma,  
Tibique gentes creditas  
Averni ab igne libera.

**S**it laus Patri cum Filio  
Et Spiritu Paraclyto,  
Tibique sancta Trinitas  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Ad Matutinum, Hymnus.**

**H**æc est dies, quã cã-  
didæ  
Instar columbæ, cœlitum  
Ad sacra templa spiritus  
Se transtulit Teresiæ.

**S**ponsique voces audiit:  
Veni soror de vertice

Carmeli ad Agni nuptias:  
Veni ad coronã gloriæ.

**T**e sponse, IESV, Virginû,  
Beati adorent ordines,  
Et nuptiali cantico  
Laudent per omne sæcu-  
lum. Amen.

**In festo Impressionis sacro-  
rum Stigmatum in corpore**

**B. Francisci. Ad Vesperas  
Hymnus.**

**I**ste Confessor Domini,  
colentes  
Quem piè laudant popu-  
li per orbem: (ta  
Hac die lætus meruit bea-  
Vulnere Christi.

**Q**ui pius, prudens, vt sup.  
fol. 52.

**In festo Sanctorum Ange-  
lorum Custodum. Ad Vef-  
peras, & Matutinum.**

**Hymnus.**

**C**ustodes hominũ psal-  
linus Angelos,

Naturæ fragili, quos Pa-  
 ter addidit (tibus  
 Cælestis comites, infidiã-  
 Ne succumberet hostibus  
**N**am quod corruerit pro-  
 ditor angelus,  
 Concessis meritó pulsus  
 honoribus, (titur  
 Ardens inuidia pellere ni  
**Q**uos cælo Deus aduocat.  
**H**uc custos igitur peruigil  
 aduola,  
 Avertens patria de tibi  
 credita  
 Tam morbos animi, quã  
 requiescere  
**Q**uidquid nõ finit incolas.  
 Sanctæ sit Triadi laus pia  
 iugiter.  
 Cuius perpetuo numine  
 machina  
 Triplex hæc regitur, cui-  
 ius in omnia  
 Regnat gloria sæcula. A-  
 men.

*Ad Laudes. Hymnus.*

**A**Terne Rector siderũ,

Qui, quidquid est, potẽ-  
 tia.  
 Magna creasti, nec regis  
 Minore prouidentia.  
**A**desto supplicantium  
 Tibi reorum coetui,  
 Lucisque sub crepusculũ  
 Lucem nouam da men-  
 tibus,  
**T**uusque nobis Angelus  
 Electus ad custodiam,  
 Hic adfit, à contagio  
 Vt criminum nos pro-  
 tegat.  
**N**obis Draconis æmuli  
 Versutias exterminet;  
 Ne rete fraudulentia  
 Incauta nectat pectora.  
**M**etum repellat hostium  
 Nostris procul de finibus  
 Pacem procuret ciuium,  
 Fugetque pestilentiam.  
**D**eo Patri sit gloria,  
 Qui quos redemit Filius,  
 Et Sanctus vnxit Spiritus,  
 Per Angelos custodiat.  
 Amen.

**IN:**



# INDEX

## HYMNORVM.

<b>A</b> D regias Agni dapes.	24
Æterna Cæli gloria.	2
Æterna Christi munera,	48
Æterne rerum Conditor.	2
Æterne Rex Altissime.	26
Ales diei Nuncius.	6
Alto ex Olympi vertice.	57
Antra deserti teneris sub annis	39
A Solis ortus cardine.	17
Audi benigne Conditor.	20
Audit Tyrannus anxius.	18
Aue Maris stella.	43
Aurora iam spargit polum.	11
Aurora Cælum purpurat.	25
<b>B</b> Eata nobis gaudia.	18
Beate Pastor Petre clemens accipe.	33
<b>C</b> Æli Deus sanctissime.	12
Christe sanctorum decus Angelorum.	37
Christo profusum sanguinem.	51
Cælestis Vrbs Ierusalem.	57
Consors paterni luminis.	6
Creator alme siderum.	15
Crudelis Herodes, Deum.	19
<b>D</b> Ecora lux Æternitatis.	40
Deus tuorum militum.	50
<b>E</b> Cce iam noctis tennatur vmbra.	3
Egregie Doctor Paule, mores instrue.	28
En clara vox redarguit.	16
Ex more docti mystico.	20
Exultet Orbis gaudijs.	47

<b>F</b> ortem virili pectore.	50
<b>H</b> ominis superne Conditor.	13
<b>H</b> uius ætati Deus almae nobis.	50
<b>I</b> am Christus astra ascenderat.	28
<b>I</b> am lucis orto fidere.	3
<b>I</b> am sol recedit igneus. <i>pro Sabbato ad Vesperas.</i>	14
<b>I</b> am sol recedit igneus. <i>in festo Sanctissimæ Trinitatis.</i>	29
<b>I</b> esu corona celsior.	53
<b>I</b> esu corona Virginum.	54
<b>I</b> esu Redemptor omnium. Perpes.	53
<b>I</b> esu Redemptor omnium. Quem	16
<b>I</b> mmense Cæli Conditor.	11
<b>I</b> nuiçte martyr vnicum.	50
<b>I</b> ste Confessor Domini colentes.	52
<b>L</b> vcis Creator optime.	11
<b>L</b> ustra sex qui iam peregit.	23
<b>L</b> ux alma Iesu mentium.	43
<b>L</b> ux ecce surgit aurea.	8
<b>M</b> agnæ Deus potentia.	13
<b>M</b> aria castis osculis.	41
<b>M</b> artinae celebri.	33
<b>M</b> emento, rerum Conditor.	58
<b>M</b> iris modis repenté liber.	42
<b>N</b> octe surgentes vigilemus omnes	2
<b>N</b> on illam crucians.	34
<b>N</b> ox atra rerum contegit.	8
<b>N</b> ox & tenebræ, & nubila;	7
<b>N</b> ullis te genitor.	35
<b>N</b> unc sancte nobis Spiritus.	4
<b>O</b> gloriosa Virginum.	45
<b>O</b> nimis felix, meritique celsi.	39
<b>O</b> solo magnarum Urbium.	19
<b>O</b> salutis intimis.	21
<b>P</b> ange lingua gloriosi, corporis.	30
<b>P</b> ange lingua gloriosi, lauream.	22

Paschale mundo gaudium.	49
Pater superni luminis.	41
Placare, Christe, seruulis.	46
• Primo die, quo Trinitas.	44
<b>Q</b> Vena terra, pontus, sidera	44
Quicumque Christum quæritis.	43
Quodcumque in Orbe nexibus reuinxeris.	32
<b>R</b> Ector potens verax Deus.	44
Regali folio fortis Iberiæ.	35
Rerum Creator optime.	4
Rerum, Deus, tenax vigor	5
Rex gloriose martyrum	52
Rex sempiternæ Cælitum.	25
<b>S</b> Acris solemnij iuncta sint gaudia.	31
Saluete flores martyrum	18
Salutis æternæ Dator.	47
Salutis humanæ fator.	26
Sanctorum meritis inclyta gaudia.	50
Somno resectis artubus.	5
Splendor paternæ gloriæ.	5
Summæ parens Clementiæ. <i>In Sabbato.</i>	10
Summæ parens Clementiæ. <i>In festo Trinitatis.</i>	29
Summi parentis. Vniçe.	42
<b>T</b> E lucis ante terminum.	14
Telluris alme Conditor.	12
Te splendor, & virtus Patris.	<i>In Apparitione Sancti</i>
<i>Michaelis.</i>	37
Te splendor, & virtus Patris.	<i>In Dedicacione Sancti</i>
<i>Michaelis.</i>	46
Tristes erant Apostoli.	49
Tu natale solum.	34
Tu Trinitatis Vnitas. <i>pro feria sexta.</i>	30
Tu trinitatis Vnitas. <i>In festo Trinitatis.</i>	27
<b>V</b> Eni Creator spiritus.	15
Verbum supernum prodiens. E Patris	

Verbum supernum prodiens. Nec Patris.	32
Vexilla Regis prodeunt. <i>In Dominica Passionis.</i>	22
Vexilla Regis prodeunt. <i>In festo Inventionis S. Crucis.</i>	36
Vexilla Regis prodeunt. <i>In festo Exaltationis S. Crucis</i>	45
Virginis proles, opifexque matris.	55
Virginis proles. <i>In festo Virginis tantum.</i>	55
Vt queant laxis resonare fibris.	38

**Hymni ad libitum.**

<b>A</b> ternē rector siderum,	60
<b>C</b> ustodes hominum,	59
<b>H</b> æc est dies.	59
<b>I</b> ste Confessor.	59
<b>R</b> egis superni auntia	58

**FINIS.**






142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150

Veni p[er] supernam procedat. *Ecce p[er] supernam*  
Veni p[er] supernam procedat. *Ecce p[er] supernam*  
Veni p[er] supernam procedat. *Ecce p[er] supernam*  
Veni p[er] supernam procedat. *Ecce p[er] supernam*  
Virginis p[ro]les, op[er]isq[ue] matris.  
Virginis p[ro]les. *In fide Virginis sanctissimae.*  
Et queant laxis relaxare fibris.

Hymni ad libitum

Et tunc postea dicitur.  
Cantades homines.  
Hinc est dies.  
Iste Confessor.  
Et eius superna munita.

F I N I S



BN  
7  
RE